

*TELIS* hinc orta sunt: quæ, per certas  
 Sectiones tradita, nunc *Medica*, nunc *Phy-*  
*sica*, nunc *Mathematica*, nunc *Ethica*, sed  
 confusò Miscellaneorum more modoq;,  
 comprehendunt. *Problemata Medica* eo-  
 rum sunt: quæ in genere ad Medicinam  
 maximè pertinent, quæque & speciatim,  
 ad vini potum; quæ ad rem Veneream;  
 quæ ad laborem; quæ ad accubitus &  
 habitum corporis; quæ ad consensum,  
 naturæ animalium; quæ ad horrorem &  
 rigorem; quæ ad vibices ac cicatrices;  
 quæ ad pelles pertinent. *Problemata Phy-*  
*sica* ad res maximè naturales, speciatim,  
 verò ad vocis sonique rationem, ad res  
 bene & male olidas, ad regionum habi-  
 tus, ad res inanimatas & animatas, ad stir-  
 pium genus, ad oleracea, ad farinam, ad  
 arborum fructus, ad maris falsedinem, ad  
 aquas calidas, ad aërem, ad ventos, ad ta-  
 ctum, ad faciem, ad colorem, ad totum  
 corpus, &c. pertinent. *Problemata Ethica*  
 exhibent ea, quæ ad metum & fortitudi-  
 nem, quæ ad continentiam & incontinen-  
 tiam, quæ ad justitiam, quæ ad pruden-  
 tiam & sapientiam pertinent. *Mathema-*  
*tica*